

multum tuum a lecto egritudinis tua potentia erigat ad salutem. p. d. n. **Oratio**

Respice domine famulum tuum infirmitate sui corporis laborantem et animam refoue quam creasti. ut castigationibus emendatus continuo se sentiat medicina sanatum. p. **oro**

Deus qui facture tue pio semper dominaris affectu. inclina aurem tuam supplicationibus nostris.

vulnera ac dimitte peccata. atque dolores cunctos cordis et corporis ab eo repelle. et plenam ei intenus exteriusque sanitatem misericorditer redde. ut opere misericordie tue restitutus et sanatus ad postera reperat tue pietatis officina. p. **di. oro**

In nomine patris et filii et spiritus sancti proferat tibi haec unctio sanctificati olei ad purificationem mentis et corporis et ad munimen et defen-

